

Christum, deum et hominem corporalem & substantialem de sacerdotis  
manu in aperta religione. ~~ita~~ tibi ingeri patiuntur, neq; aliter senti-  
unt, quam se tam oralem, ut loquuntur, coeli terraq; creatorem  
et servatorem suum devorasse. Sed non ero longior, hoc breviter  
et fortasse etiam nudius, quam rei magnitudo requirit, delineavi.  
Neq; si necesse fuit rationes et argumenta plura adferre, ad summum  
Theologum, et in his controversiis multum, diuq; magna cum lau-  
de versatum. Hoc tantum peto, ut diligentius hanc rem totam  
si otium est, examines, ac sententiam tuam nobis perscribas,  
quod et mihi et alijs, si quoy, alijs tamen responsum tuum commu-  
nicari voles, gratissimum erit. Fones nondum vidi. De Sadele  
habeo gratiam. Ego me neq; officia prolixè tibi deferro, quæ  
magno tuo merito valde amo, colo, observo. Deus te diu valentem  
et bonis omnib; cumulatum nobis servet. Dat. 12. Junij Anno  
1580.

2.)

Theodori Beza judicium ad quod respondit epistola super-  
riore. Duditius.  
De questione tua vide alteram partem mearum assertionum  
q. 144. et de Baptismo et coena q. 147.  
Hoc tamen adjecerim, si quis frater infirmus hoc facto offendantur,  
quod nimirum coenam Domini ex eorum manu accipere, qui falsum  
aliquod dogma in illam invehunt, postulare charitatem, ut cum  
eo sic agas, ut causam consilii tui melius norit: non impedire. Vi-  
detur falsum aliquod dogma, quod pastor imperitus vel improbus  
hæc mysteria, quantum in se est, depravat, quominus sacra-  
menti ritè aliq; quod ad institutionem attinet, administratis bo-  
na conscientia utaris. Inasi præterea, ne fortè talis pastor  
bonorum accessione, abuteretur, quasi falsum ejus dogma sic ap-  
probasset, ut ipsi Pastori disertè, et quidam privatim coenam Domini  
ex ejus manu accipere cogitans, tuam apud illum confessionem teste-  
ris. Quam si admittat, res utriusq; bene habebit, sin repudiet aut  
etiam detestetur, ipse sibi hoc imputet, tu verò innocens fueris, quia  
unig pastoris culpa cogaris à Coena Domini abstinere. Sic ego  
hæc de re sentis, doctiorib; cedere parat. Geneva octavo Martij  
1580.